ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum Recognovit. Quia ipsi Nobilem Iliam Nowoszycki eiusque Pcrus de summa Quadringentorum florenorum Polonicorum per praefatum Nobilem Iliam Nowoszycki Nobilem olim Tarat Polazowski inscriptam atque in bonis suis propriis et haereditariis in Villa Nowoszyce existentibus modo obligando coram Actis Terrestribus Premisliensibus assecurata sibi vero Rgnti per Nobiles Georgium et Alexandrum Polazowskie praefati Tarat Polazowsky filios ibidem coram Actis Terrestribus Premisliensibus cessa. Nec non de praefatis Inscriptionibus originali obligatione et subsequenti cessionaria quietat emittit liberoque et absolute pronuntiat, de bonis quoque praefatis condescendit Rgnti sibi per praemissis plenariam praestitam de satisfactione

Ortinski Consorti reformat

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Nobilis Archorius Ortynski sanus mente et corpore existens a Terrestribus Actibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus rndo praesentibus vero Iurisdictionibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis quoad Actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis gl. omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum Recognovit. Quia ipsi Nobili Marinae Polazowskie primarium olim Nobilis Petri Nowoszycki ad praesens vero sui Rgntis Consorti Ciuis eiusque Pcrus summa Trecentorum florenorum Polonicorum Ratione Rerum Dotis per ipsum acceptae et in domum suam importatae. Nec non aliam similem summam Trecentorum florenorum Polonicorum Ratione certi iusti et liquidi Dotalitii in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum et obligatorum Mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniae nunc habitarum et in posthabendarum dedit, Dotavit Dotaliciavit inscripsit et reformavit, prout praesentibus dat dotat

Dotaliciat

Dotaliciat inscribit et reformat. Quam quidem Medietatem bonorum
premissorumque gloriosi omnium prefata Consors sua cum omni Iure
Dominii et proprietate omnibusque et singulis utilitatibus et usufru-
ctibus tenebit habebit et possidebit illisque quiete et pacifice
utrisque vigore ac more aliarum reformationum hactenus et
diutius in Regno observari solitarum.

Eorundem Aduitalitas

Comparentes personaliter coram officio Actisque presentibus Castrensis Capitanei
Premisliensis Nobilis Hrehorius Ortynski ab una et Marina
Plastowska secundi nuptus parte ab altera coniuges legitimi
et quidem Consors cum eiusdem Mariti sui ut Tutoris coniugalis
personali assistentia et ultroneo ad infrascriptam rudam consensu sani
mentibus et corporibus existentes a Terris Ditibus Iunibus
Iurisdictionibusque suis quibuscumque proprietatis et competentiam recedentes
presentes vero Iurisdictioni Castrensis Capitanei Premisliensis quo
ad Actum huic attinet, se cum successoribus ac bonis suis
generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando
atque subiciendo palam libere publice ac per expressum Reco-
gnouerit et quilibet illorum seorsim suorum interesse Regit
Quia ipsi sibi mutuo et inuicem una pars alteri ac posteris
utriusque partis bonorum suorum generaliter omnium hae-
reditariorum et obligatorum Mobilium et immobilium summarumque
quarumcumque pecuniarum Nec non auri argenti Clenodiorum vestium
vestimentorum Peccorum Pecudum Equireae ac totius supel-
lectilis domesticae nunc habitae et in posterum habendae mutuam Ad-
uitalitatem et usumfructum ad extrema duntaxat vitae sui
utriusque tempora inscripserunt et concesserunt prout
presentes inscribunt et concedunt tali videlicet modo. Quod si
prius prenotatum Hlen Ortynski Maritum quam prefata Plas-
towska coniugem mori contigerit ex tunc prefata Consors
bona gloriosa Morte prenotati Mariti derelinquenda cum
omnibus utilitatibus et usufructibus tenebit habebit et

possidebit